



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1819CCXII

382

X

Jugen

PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IO. ANDREAS
PLANERVS
SVPERIORVM MATHEMA
TVM PROFESSOR PVBLICVS
CIVIBVS ACADEMICIS
S P D

Non praeclarum magis, quam uerum, iudicii nostri testimonium damus IOANNI BAPTISTAE ROESCHELIO, cum eum, quoad naturae scientiam tradiderit, et cum sacra disciplina coniunxerit, salua religione, philosophatum fuisse, praedicamus. Quod quidem in praecipua quadam laude Claudio Mamer-to posuit Sidonius Apollinaris, quem, amplissimis uerbis laudatum, hac uelut ultima, praefantissimaque sententia ornatuit, peritissimum aliquin-, ut ait ille, Christianorum Philosophum, et quorumlibet principem eruditorum. Ac debebat omnino Philosophus, cum naturae communis contemplationi uacat, ex rebus conditis magnitudinem conditoris spectare, et tanti molitoris effectorisque admiratione perculsus, nihil, quod ab illius honore reverentiaque alienum sit, uel sentire, uel enunciare. Maxime autem ei, qui diuina luce collustratus est, elaborandum erat, ut ratio ad ea, quae sciri possunt, excitatetur quidem quam acerrime, in iis autem, quae modum ingenii exceedunt, suis diffidet uiribus, et, redacta in ordinem, metruque infirmatis reprella, religioni pararet, atque in hoc sanctae membris obsequio confirmata, pie credere, quam arroganter scire, aliqua malle. Sed culti antiquitas homines, non habebat illos, ac locordes, uerum, cum studium sanctitatis abieciissent, excellentiibus ingenii, multisque, ac praecipuis, literis, male uos, et cum radone, pudoris experte, infantiae, qui, cum Deum corporeum, aut aeterna cauillarum lege deuinatum, aut mundum sempiternum, casuque uel ortum, uel gubernatum, aut materiam Deo aequalem commiscerentur, ipsum Deum per improbitatem evuerterent, funditusque delerent. Magis tamen pudet nos, oportet, ilorum, qui, diuinis instituti literis, ab omni nihilo minus diuino sensu abhorruerunt, sumque animi libidinem fecuti, errores obsoletos, sepultosque, aut retrocurunt, aut nouis, deterioribusque, opinionum commentis auxerunt, quibus, ut breui praecidam, maior ampliorque uisa est ingenii, quam religiosis, palma. namque hi naturae, uti vocant, deae, quam Dei, amphitheatrum ingredi malunt, et uel dubitare de Deo, uel aperte, horresco referens, Deum, aut eius Numen, cuncta regens prouidentisque, inficiari, ut ex cauillis, naturae confitancis, motusque lege, mirabilis Dei opera explicitare, aut, rectis perperam rationis ac fidei finibus, fidem rationi subiecti, non impudentius, quam nequissi, audent. Quare cum Philosophorum tam furiosorum exutimus placita, in certamine non hominum, errorum, non sagacitatis, sed infaniae, uersari uidemur, affentimurque quod illi uisum est, nihil tam stulte, et tam peruerse, cogitari posse, q ab aliquo sit male fano defensum. At sanctioris erat instituti Mamer- uiisque coelestem rebus effecti docebat, et hominem, ad imaginem factum, atque animi, ab omni concretione ac mole seiuncti, naturam gemitumque a Fausti Regiensis errore vindicabat, ut exemplo publico memorabilique comprobaret id, quod submonuit diuina Pauli vox, el brie, neque ultra, atque oporteat, sapiendum. Nec uero alia fuit scientia Roeschelii, cum seuerum, incorruptumque philosophandi genus et tota mente complexus, daret operam, ut diuinæ, humanaeq

entiae studia, quae non maiori contentione, quam religione, animi colebat, non oppugnarent se se aduersa fronte, mutuoque subuerterent, sed loco suo, et imperandi patendique ordine discreta, pio concordiae studio conspirarent. Tribuitur Mamerto ingenium in exquirendo uero subtile, iudicium in aestimandi rebus tam maturum, ut nihil recipret, nisi perpensum, probatumque, facultas acute, nec ieiunetamen, disputandi, doctrina varia, tamque eximia, ut de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari soleret, oratio, qua notiones animi explicarentur, rebus ampla, sententiis affecta, ut plus docere, quam dicere, sentiretur, studium in disendo tam pertinax, ut a contemplatione diuinorum, humanarumque rerum nunquam discederet, in docendo tam alacre, atque ingenuum, ut nodos, magno uindice dignos, facile dissolueret, erudiendiisque aliis incredibiliter delectaretur, postremo animus, conditionis humanae per omnia tam memor, ut quo exploratorem hominis rationem haberet, hoc minus sibi, ubi sui non meminissent ali, indulgeret. Quo acris, id quod res est, contuemur, hoc minus in Ioanne Baptista desideramus, quod in Mamerto antiquitas admiratur. Namque ingenium, quod perspicias acceperat, scientiis, in primis, more majorum, mathematicis, usque eo exactius, ut exploratissima demonstrandi via redderet explicatissima, quae rerum obscuritate aliquoquin impeditissima uiderentur. Illa subactus disciplina, quo attentius in rebus considerandis uerbafatur, hoc acutius, ac uerius, exiftimabat, dubitanti tamen, ut sapientem decet, quam affirmanti, similiortansper, dum, ponderatis rerum momentis, sine festinati iudicii metu, liberere, pronunciaret. Huc enim potissimum compositam interpretamur mentem illam, quam secum morari, et consistere, uoluit, amicisque, memoriae causa, in hospitali tessera commendauit, imitatus sapientes, qui norunt, quam facile, et quam turpe sit, in iudicando labi. Quanto autem solerius, promiuisque, exiftimabat, tanto erat ad disserendum instructione ac paratiore, incisoque dubitationum neruo, tanta scientia tuebatur uerum, quanta refellebat falsum, tantaque laude acumi adieciebat eruditioem, ut ueri disceptatione rigidissimi cuiusque animaduertoris, et rerum uarietate doctissimi cuiusque animum expleret. Atque hi quidem illi sunt riuiuisti ex uberrimo fonte deducti, in quem confluxerat prisci, recentiorisque aeu scientia tanta, ut difficilius intelligi posset, utrum praefantior Philosophus, an Theologus, emineret. Itaque oratio non uerbis abundabat, sed rebus, delectusque sententiis loquentem quandam sapientiam exprimebat, non leui cura, et decora, quadam grauitate sic limata, ut, quos auidos doctrinae acceperat, hos exquisitus eruditos dimitteret, identidemque sui studio reineret. Augebat, cumulabatque, has ingenii opes labor, in nullo aetatis gradu interrupit, et insatiabilis cupiditate altius, quo excutiebantur grauium, liberaliumque, artium thesauri, profana cum sacris, ac vetera cum nouis, conferebantur, euolutisque perite tot ingeniorum monumentis, apparatissima rerum cognitio instruebatur. Sapient sibi non nunquam ali, ac

ac plaudant. ille quidem, ut quam plurimis prodesset, cunctis, quorum
intererat, et scholas, et priuatas familiareque congresiones, et Bibli-
othecam, ingenti sumtu, neque minori delectu, conquistam aperuit,
hac fide et aequitate animi consecutus, ut complures eius auditores pu-
blicas dignitates ornarent, et, qui ab eo docti essent, hi limatus, et u-
berius, profecisse dicerentur. Sed, quantum sciret, nescire, quantum
discendum esset, profiteri solebat, communis fragilitatis nunquam im-
memor, ob eamque rem cum ab arrogantis moris, tum a deliciis, qui-
bus saeculum difflit, et corruptitur, alienus. Hac animi moderatio-
ne fuit, ex quo A· c10 clxxii Vitembergam Sempronio Pannonum, ubi
A· c10 clxi, VII Eid· Maias, GASPARÉ RÖSCHELIO, et ANNA
SPREICIA, parentibus honestissimis, natus est, uenit, et uirorum, omni lau-
de abundantiam, consilio, disciplinaque cum liberali, maxime Stolbergio-
rum, Schurzleischiorum, et Valtherorum, tum sanctiori, Calouiorum,
Quenstadiorum, Deutschmannorum, praecepit Valtheriana, in uario
doctrinarum genere tam ingenium, quam animum, finxit. Nec uero
nullum uitiosum fructum tulit, A· c10 c lxxvii Lauream Philosophicam
nactus, datique pluribus doctrinae speciminiibus, A· c10 clxxx Ordini
Sapientum acripsit, et A· c10 excili publico munere tradendi scienti-
am naturalem auctus, postremo, suscepit iam A· c10 cc Theologiei
honoribus, A· c10 ccvi prouinciam sacra extra ordinem interpretandi
adeptus. Quas quidem cunctas partes non minori diligentia, cum
per ualeditionem liceret, quam peritua administravit, et Deo in omnium
confusis, corporis diuturno, inueteratoque Ichiadis, et calculi malo
laborantis, exquisitos dolores aequo animo tulit, his autem demum,
cum singulari scientia, uisu, fide, egregiorum arte sua uirorum, ac
doctorum, Vateri, atque Heucherli, morbus esset grauior, confecus, a ui-
ro tamen magna exempli sanctitate, L· de Vuedig diuinis mysteriis con-
firmatus, VI Kl· Iunias, sub meridiem, cum magno spei explendae gau-
dio, euita, hexagenario maior, excepsit. Mitigandus est humanitatis officio
moeror iuidiae emendatissima probitate, iam dolore ac luctu affi-
ctissimae, IOANNAE ELISABETHAE, natalibus nobilissimis SCHRA-
DERIAE, quae funestum hunc exitum matrimonii, quod A· c10 cc
init, atque in quo quatuor filias, unumque filium, IOANNEM SAMV
ELEM, genuit, pariter cum duabus superstribus filiabus, IOANNA
MAGDALENA, et ANNA MARGARETHA, acerbissime complora-
vit. Habendus est supremus honos uiro de Academia, cuius clauim
prudenter quandam tenuit, de Ordine suo, cuius decus aetatis prin-
cipatu, et nominis auctoritate defendit, de Bibliotheca publica, quam
ordinavit, de Academicis denique studiis, bene merito, et qui summa
ope niti solebat, ut, quo posset officio, nemini deesset. Quare per me-
moriā clarissimorum meritorum, per amplissimas necessitudines
Schraderianas, et, quae Roeschelianis arctius coniunctas sunt, Heucheri-
anas, per pietatem quoque uestram, quam excellentibus magistris
praestare soletis, Vos, CIVES, cobortamur, ut funus, quod hodie a me-
ridie H· I, ex aedibus, quas uiuis incoluit ille, in academ Marianam rice-
procedet, amplissimo comitatu frequentetis. P·P· Dom· II Tri-
nitatis, A·R·G c10 ccxi

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



X

Togen

**PRORECTOR
 ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
 IO. ANDREAS
 PLANERVS
 SVPERIORVM MATHEMA
 TVM PROFESSOR PVBLICVS
 CIVIBVS ACADEMICIS
 S P D**

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8	
Centimeters	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8	
Farbkarte #13	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.											